



1. Cedit hiems eminus, surrexit Christus Dominus  
Tulitquae gaudia,  
Vallis nostra floruit, reviviscunt arida,  
Postquam ver intepuit recalescunt frigida.
2. Pastor qui pro ovibus, ducendis ab erroribus,  
Ponebat animam,  
Libens ferre voluit crucis poenam maximam,  
Solvit quae non rapuit, per mortem turpissimam.
3. Vidit et condoluit, quod ovis una defuit  
Errans per devium.  
In deserto deserit magnum gregem ovium,  
Abit, quaerit, reperit errantem per devium.
4. Magna miseratio, quam reduxit de devio  
Imponit humeris.  
Non est dolor similis dolori quem pateris  
Iesu, qui sic humilis factus es prae ceteris.
5. Mortis nexu diruto, Dracone surgens obruto,  
Depraedans inferos,  
Pharaonis impio captivos et miseros  
Ducens ab imperio, choros usquae superos.


# 30. Cedit hiems eminus

Piae Cantiones 1582

Anonymus

Discantus 

Tenor 

Bassus 

Ce - dit hi - ems e - mi - nus, sur - re - xit

Ce - dit hi - ems e - mi - nus, sur - re - xit

Ce - dit hi - ems e - mi - nus, sur - re - xit

5

D. Chri-stus Do - mi - nus tu - lit - quae gau - di - a, val - lis no - stra

T. Chri-stus Do - mi - nus tu - lit - quae gau - di - a, val - lis no - stra

B. Chri-stus Do - mi - nus tu - lit - quae gau - di - a, val - lis no - stra

11

D. flo - ru - it, re - vi - vi - scunt a - - ri - da,

T. flo - ru - it, re - vi - vi - scunt a - - ri - da,

B. flo - ru - it, re - vi - vi - scunt a - - ri - da,

16

D. post-quam ver in - te - pu - it re - ca - le - scunt fri - gi - da.

T. post-quam ver in - te - pu - it re - ca - le - scunt fri - gi - da.

B. post-quam ver in - te - pu - it re - ca - le - scunt fri - gi - da.